

Johann Cothmann

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman S.S. Theologiae  
Licentiatus & Professor. Ad funereas exsequias Quas ... filiolae Catharinae  
Elisabethae Getels/ Hodie hora prima in aede Mariana parant Moestißimi  
parentes. Omnes almae huius Universitatis cives peramanter invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444127>

Druck    Freier  Zugang



Cothman, J.,

in C. E. Getelt.

Rost. 1631.

4.







PRORECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
**JOHANNES COTHMAN**  
S. S. Theologiæ Licentiatus &  
Professor.

*Ad funera exsequias*

*Quas*

*Mellitissimæ ac suavissimæ filiole*

**CATHARINÆ**  
**ELISABETHÆ Getels/**

*Hodie hora prima in aede Mariana parant  
Mæstissimi parentes.*

Omnès almæ hujus Universitatis cives  
peramanter invitat.



ROSTOCHEI

*Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXI.*



PRORECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
JOHANNES COTHMAN, S.S.  
Theologiæ Licentiatus & Professor.



Ulgatum illud : Di-  
versos diversajuvant, nec  
voto vivitur uno, si un-  
quam ante hac, hoc seculo  
certè verissimum est. Nam  
suus cuiq; mos, suum cuiq;  
pulchrum. Et scinditur stu-  
dia in contraria vulgus. Hinc alios sectari vide-  
mus voluptatem, alios honores & divitias &c.  
de quibus tamen dictum nervosum Thomæ de  
kempis usurpare non dubitamus, nonne, in-  
quit, vides omnia esse vana. verè vanitas est ra-  
lia sectari, cum mors improvidos ejusmodi asse-  
clas opinione celerius sæpius abripiat. Satius  
ergo est hoc imprimis tempore calamitatum  
ferace mortem meditari qua nihil certius, hora  
illig licet sit incerta. Dicente enim poeta: mors  
certa est incerta dies, hora agnita nulli. Condu-  
cit verò crebra mortis meditatio hoc potissi-  
mum exulceratissimo seculo, quo, ut comicus  
loquitur malum malo sese agglutinat; qui enim

A 2 mori-

moriendum sibi saepius cogitat, facilius quasvis  
adversitates, gravissimas licet sustinet. Expen-  
dit enim pressuras non fore perpetuas, sed sua-  
vissima subsecutura vita alterius æruminarum  
nesciæ halcyonia. Unde B. Augustinus inquit:  
audacter pronuntio, quoniam principium ho-  
minis vitæ, initium dolorum, fuere philosophi  
hæc non ignorantibus, quia in ortu puerorum lu-  
gebant, in morte gaudebant, hæc signantes, quiæ  
homo ad laborem nascitur, & ad requiem mo-  
ritur. Meditatione mortis homo Christianus  
peregrinantes imitatur, qui licet varias experi-  
ri cogantur itineris difficultates, cunctas ta-  
men non solum patienter perferunt, sed & spe  
liberationis instantis superant. Haud aliter  
Christicola, qui se in hoc seculo tempestuoso  
peregrinum esse agnoscit, omnes adversitatum  
impetus irreverberatis obtutibus, ut Augusti-  
nus loquitur, aspicit, tandemq; divino fretus  
auxilio vincit. Carni euidem & sanguini per  
peccatum corruptis, vita præsentis ærumno-  
sa facies est molestissima, adeo quidem ut & san-  
ctissimi vita hujus pertæsi, nativitatis suæ diei  
maledixisse legantur; ijdem tamen Spir. S. gra-  
tiâ sese recolligentes, meditatione mortis ac  
subsecuturæ ad vitam æternam resurrectionis

sese

sese solati suut. Unde sapientissimus mortali-  
um Salomon, melior est, inquit, dies mortis die  
nativitatis. Quotquot ergo suos ex hoc procel-  
loso mari per mortem ad vitæ æternæ portum  
tutissimum præmiserunt, meditatione hac o-  
mnium optimè sese consolari valent. Si namq;  
vero consonum illud Ciceronis: habet præteri-  
ti doloris secura recordatio delectationem,  
quanta credimus profunduntur lætitia, vitæ  
cœlestis portum attingentes; beati enim illi  
sunt & à laboribus suis requiescunt. sunt in ma-  
nu Domini, ubi facietate gaudiorum in conse-  
etu Jehvæ afficiuntur & nullum quo nos super-  
stites indies premimur, attingit eos malum. Hu-  
ius felicissimæ jucunditatis & jucundæ felicita-  
tis compos facta est, beatissima animula *Catharina*  
*Elisabetha Getels* / antequam malitia cor-  
rumperet & mutaret intellectum ipsius, aut do-  
lus deciperet illius animum. vix annum enim  
complens animulam Deo creatori, redemptori  
& sanctificatori reddidit. Nam cum ipso die  
Michaelis 29. septemb. anni præteriti 1630. lu-  
cem hanc aspexisset, 30. octob. anni currentis,  
inter 9. & 10. matutinam denata est. Confide-  
rantes autem defunctulæ nostræ vitæ brevita-  
tem, vitam hanc præsentem ventum esse cito


A 3

præ-

prætervolantem, adeo ut vivere nostrum ni-  
hil aliud sit, quam ad mortem transire recte af-  
firmamus. Id piè secum expendens Gregorius,  
vita, inquit, mea naviganti similis est, sive dor-  
miam sive vigilem semper festinans vado ad  
mortem. Nam ut poeta ait: mors & fugacem  
persequitur virum, nec parcit imbellis juven-  
tæ poplitibus. Avum paternum defunctula no-  
stra habuit virum spectatissimum ac pruden-  
tissimum Dn. *Hennigum Getelt* celeberrimæ  
urbis Brunsuicensis patricium eminentissi-  
mum. Aviam autem paternâ *Magdalena von Plesen* p. m. matronam non solum nobilem,  
sed & in super virtutibus sexui fæmineo com-  
petentibus, ornatissimam. Avus maternus fuit  
vir Nobilissimus consultissimus & clarissimus  
*Christophorus Sturzus* J. U. D. eximius, & histo-  
riarum in hac universitate nostra professor  
publicus & serenissimorum Regum Daniæ Frio-  
derici Secundi, & poloniæ Sigismundi Tertij  
confiliarius Magnificus, Cujus defuncti locum  
jam supplet vir consultissimus & clarissimus  
Dn. *Iohannes Moringus* J. U. D. & causarum fo-  
renium practicus celeberrimus qui cum locum  
Avi defuncti, ducendo Aviam *Catharinam*  
*Clingiam*, matronam p. m. honestissimam, me-  
mor

mor, istius: qui succedit in locum, succedit in  
jus teneret, locum illum ut avum decet egregie  
ornavit. pater defunctulæ nostræ est vir consul-  
tissimus & clarissimus Dn. *Johannes Getelt J.U.*  
D. celeberrimus & Dicasteriū Megapolensis  
Advocatus & procurator vigilantissimus &  
dignissimus. Materverò Nobilis *Eva Sturzja*  
femina lectissima, virtutibus sequiorem se-  
xum condecorantibus insignis. His laudatis ac  
præcipui nominis majoribus beatula nostra a-  
nimula prosemnata, mortisviolentiam decli-  
nare non potuit. Hinc verum esse videmus il-  
lud Horat: mista senum ac juvenum densantur  
funera: nullum sæva caput proserpina fugit.  
Facile autem coniisci potest, quanto in mærore  
mæstissimi versentur parentes, filiolæ Suæ  
charissimæ obitum considerantes; cui tamen  
modum imponent, expendentes, non illud ser-  
vij Sulpitiij de obitu Tulliæ filiæ Ciceronis di-  
centis: in unius mulierculæ animula si jactura  
facta est tantopere commoveris? Quæ si hoc  
tempore non suum diem obiisset, paucis post  
annis tamen ei moriendum fuit, quoniam ho-  
mo nata fuerat: sed dictum spiritus sancti, de  
mortuis in Christo, affirmantis: non esurient  
neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol.  
neq;

neq; ull⁹ æstus, quoniā Agn⁹ qui in medio thro-  
ni est deducet illos ad vivos aquarum fontes.  
Beatissimam hanc & omnibus modis exoptan-  
dam vitæ hujus æruminosæ cum æterna permu-  
tationem excedentes de mortuis in Christo  
dolorem mitigabimus imprimis sententiam  
Ciceroni à Servio Sulpitio de Tullia scriptam  
temporiq; moderno convenientem trutinan-  
tes: Quid, inquit, fuit quod illam hoc tempore  
ad vivendum magnopere invitare posset? Quæ  
res? Quæ spes? quod animi solatium: nostrum  
autem est cives Academicci omnium ordinum  
speciatissimi ad declarandam erga mæstos pa-  
rentes *οὐ μηδέπου* funus comitari ea frequentia,  
quam unusquisq; sibi viam omnis carnis ingre-  
dienti exoptat. Id ut ab omnibus jurisdictione  
Academicam agnoscantibus fiat, pera-  
manter rogo & moneo. convenite itaq; confer-  
tim cives Academicci ad hor. primam in æde  
Mariana, ac præsentia tempora Deo rerum o-  
mnium moderatori sapientissimo pijs ac devo-  
tis precibus committite. P. P. Sub Academiz  
Sigillo 1, Novembr, Anno 1631,












mor, istius: qui succedit in lo-  
jus teneret, locum illum ut av-  
ornavit. pater defunctulæ nost-  
tissimus & clarissimus Dn. Joh.  
D. celeberrimus & Dicaster  
Advocatus & procurator vi-  
dignissimus. Materverò Nob.  
fœmina lectissima, virtutibu-  
xum condecorantibus insignis  
præcipui nominis majoribus b-  
nimula proeminata, mortisv-  
nare non potuit. Hinc verum  
Iud Horat: mista fenum ac juv-  
funera: nullum sœva caput p-  
Facile autem coniisci potest, qu-  
mæstissimi versentur parent-  
charissimæ obitum consideran-  
modum imponent, expendent  
vij Sulpitij de obitu Tulliæ fil-  
centis: in unius mulierculæ an-  
facta est tantopere commoveri  
tempore non suum diem obijf-  
annis tamen ei moriendum fui-  
mo nata fuerat: sed dictum sp-  
mortuis in Christo, affirmanti  
neq; sitient amplius, nec cadet



redit in  
egregiè  
consul-  
telt J.U.  
olenis  
nus &  
Starzja  
em se-  
atis ac  
stra a-  
declin-  
mus il-  
santur  
fugit.  
œrore  
æ Suæ  
tamen  
ad ser-  
nis di-  
actura  
si hoc  
s post  
n ho-  
fti, de  
orient  
os sol.  
neq;